



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque  
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis  
secularium Confessariis**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agrippinae, 1663**

Regularibus omnibus vetitum est ministrare secularibus personis  
Sacramenta Baptismi, &, extra suas Ecclesias, Eucharistiae: item  
Extremae Vinctionis & Matrimonii, n. 53.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9994**

*Quam Sacrae Congregationis senten-  
tiam Sanctitas Sua ad se relatam approba-  
vit, mandavitque ab omnibus, ad quos per-  
tinet, inviolabiliter observari. Roma 17. No-  
vembris 1628.*

F. A. Card. S. Honufr.

P. Fagnanus Secr.

*Regularibus omnibus vetitum est ministrare  
secularibus personis Sacraenta Ba-  
ptismi, & extra suas Ecclesias, Eucha-  
ristiae: item Extremae Unctionis, & Ma-  
trimonii.*

LIII. Quod Regularibus omnibus  
de confessionibus secularium audiendis, id quoque non in hori ratione de  
administratione Baptismi, vel Sacro-  
Sanctæ Eucharistiae extra suas Ecclesias,  
vel Extremæ Unctionis, ac multò ina-  
gis de solemnizatione aut benedictione  
Matrimonii, quæ debent à propriis Pa-  
rochis

rochis ministrari, est vetitum; Proinde nulli Regulares, nisi de expressa nostra, vel nostri Vicarii Generalis, vel proprii Parochi licentiâ, audeant extra suas Ecclesias ulla Sacra menta, præter pœnitentiæ, administrare; quin etiam, si audierint alicujus infirmi confessionem in domo privatâ, id significant proprio ejus Pastori; sed nullatenus præsumat ægroto deferre secretò & sine lumine Sacro-Sanctam Eucharistiam, quod ne quidem ipsis Pastoribus permittitur; nec sollicitent ipsos ægrotos ad elendum in ipsorum Ecclesiis sepulturam; & si sponte eam elegerint, Ecclesiæ nihilominus Parochiali sua jura serventur.

*Clem. Religiosi, de privileg.*

*Missa in privatis ædibus non  
celebranda.*

LIV. Quod concedi consuevit de-  
sideriis diuturno morbo laborantium,  
de Missa in suis ædibus interdum cele-  
branda,